



EPHEMERIS AD ANNUM DOMINI 1586. qui est secundus post Bisextilem.

Figura cœli Verna,
Die 10. Martij, hor: à
merid: 2. min: 45.

Figura cœli Æstiuæ,
Die 11. Iunij, hor: à
merid: 13. min: 27.



Tempore huius reuolutionis mundi multa mala accidēt, horrendiq; rerū euentus futuri sunt, in prouincijs ac regnis occidentalibus, in oceano aut circa oceanū constitutis, deinde etiā in insulis fortunatis & his similibus. Nobis uero hic in Germania & populis orientalibus fata magis propitia erunt, cū nullius profus eclipfis effectus sub tempus huius anni incidant. Quāq; uero huic significationi resfragatur conglobatio illa magna planetarū in Ariete, quæ mense Aprili fit, vnde non nisi impressiones in suprema regione aëris, æstus grauis, incendia, Item traegædia inter quosdam nostrates principes colliguntur: tamen ea singula ut subito orientur, ita subito etiam euanescent.

Figura cœli Autumnalis
Die 13. Septembris, hor: à
merid: 3. minut: 10.

Figura cœli Hiemalis,
Die 11. Decembris, hor: à
merid: 7. minut: 28.

